

**BOLETIN ECLESIASTICO**

DE LOS OBISPADOS DE

SALAMANCA Y CIUDAD-RODRIGO.

PUBLICACION DE LA SANTA BULA.**CIRCULAR.**

El próximo Domingo de Septuagésima 9 de Febrero, se efectuará en esta Santa Catedral Basílica y en la de Ciudad-Rodrigo con las solemnidades de costumbre la publicacion de la Bula de la Cruzada y sucesivamente en las demás Iglesias parroquiales de uno y otro Obispado: y procuraremos que los productos así de la Bula como del Indulto de carnes, sean aplicados al sostenimiento del culto divino y demás objetos piadosos que dispone la Santa Sede Apostólica y conforme se ha venido practicando hasta ahora.

Salamanca 28 de Enero 1873.—*El Obispo de Salamanca y Administrador Apostólico de Ciudad-Rodrigo.*—D. S. B.

EL CARNAVAL SANTIFICADO.

Concedemos nuestro permiso á los Sres. Curas Párrocos, Ecónomos y Tenientes de ambos Obispados para exponer en

sus respectivas Iglesias la Santísima Eucaristia á la veneracion de los fieles en las próximas semanas de septuagésima, sexagésima y quincuagésima al tenor de la circular de 2 de Enero del año último, inserta en el número 1.º del Boletín del mismo, cuyo contenido les recordamos

Salamanca 28 de Enero de 1873.—*El Obispo de Salamanca y Administrador Apostólico de Ciudad-Rodrigo.*—D. S. B.

Secretaría de Cámara del Obispado de Salamanca.

Hallándose corriente el pago del culto en esta Diócesis, S. E. I. deseando saber el estado en que quedan las fábricas, me encarga dirigirme á los Sres Curas Párrocos, Ecónomos y demás encargados de Iglesias Parroquiales y á los Capellanes de Hermitas y Santuarios para que dentro de todo el mes de Febrero próximo remitan á esta Secretaría las cuentas respectivas hasta fin de Diciembre último.

Salamanca 17 de Enero de 1872.—*Dr. Ramon de Iglesias y Montejo, Secretario.*

Conferencia para el tercer Lunes 17 del próximo Febrero.

Petrus ad pœnitentiæ Sacramentum accedens, de omnibus suis peccatis vere ac formaliter dolet, non quidem ex ullo erga Deum charitatis motivo, neque ex metu gehennæ, sed tantum ex timore malorum temporalium, quæ á Deo in præsentí vita peccatoribus infligi solent. His tamen non obstantibus confessarius absolutionem sacramentalem ei impertitur.

Quæritur.

Quid et quotuplex sit contritio? An dolor ex metu malorum temporalium conceptus supernaturalis sit censendus? Requiritur ne aliquis amor, vel sufficit attritio pure formidolosa, ut dicunt, ad pœnitentiæ sacramentum suscipiendum? Quid de Petro in prædicto casu; est ne rite dispositus?

Ex re liturgica.

In casu necessitatis potestne, vel debet Parochus stola violacea periclitantem puerum domi baptizare, chrismate oleoque sacro eum unguendo, prout in Rituali Romano?

Actos de su Santidad.

El 23 de Diciembre último, Nuestro SSmo. Padre el Papa Pio IX dirigió á los Cardenales de la Sta. Iglesia Romana, reunidos en el Vaticano una notabilísima alocucion. En ella habló de la persecucion que la Iglesia está sufriendo en Italia, Alemania y otros paises, lamentando las perversas artes que para oprimirle ponen en juego sus enemigos; y ensalzando cual se merecen el celo y constancia del Episcopado, del Clero y de los buenos católicos en la defensa de sus doctrinas y derechos

Tambien á nuestra pobre y querida España tocó ser mencionada en tan solemne ocasion y hé aquí los términos en que lo hizo el magnánimo Pio IX.

Non levia etiam Ecclesia patitur in catholica Hispania à Civili potestate. Siquidem didicimus, propositam nuper fuisse, et

iam à Legislativo Coetu ratam habitam legem de Cleri dote, qua non modo solemnna franguntur pacta conventa, sed omnis prorsus recti iustique norma proculcatur. Quae lex, cum spectet ad exasperandam inopiam servitutemque Cleri, et ad irritanda augendaque mala illustri illi nationi illata per postremos hosce annos in perniciem fidei et ecclesiasticae disciplinae à deploranda actorum Gubernii serie; sicuti Venerabilium Fratrum in Hispaniis Episcoporum iustissimas eorumque firmitate plane dignas querelas iam excitavit, sic nostras nunc poscit solennes expostulationes.

LA IGLESIA Y LOS GOBIERNOS.

Cuando en el año de 1871, el Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo de Cuenca defendió en el Senado los derechos y prerogativas de la Iglesia, así como su espíritu levantado é imparcial al entenderse con las autoridades constituidas de hecho, sin perjudicar por ello ningun derecho, recibió multiplicadas felicitaciones por la elevada y despejada posicion en que se habia colocado respecto de los partidos políticos. En ello no hacia mas que obrar segun el espíritu de Jesucristo, segun el génio del Cristianismo y segun la tradicion eclesiástica, como verá el curioso lector en la siguiente Constitucion Apostólica, que varios Boletines eclesiásticos, el primero de ellos el de Cuenca, han publicado.

**Sanctissimi Domini nostri Gregorii divina
Providencia Papæ XVI constitutio.**

GREGORIUS EPISCOPUS SERVUS SERVORUM DEI

AD FUTURAM REI MEMORIAM.

Solicitududo Ecclesiarum, qua Romani Pontifices ex commissa sibi divinitus christiani gregis custodia assidue urgentur, eo



ipsos impellit, ut quod in terrarum gentiumque omnium orbe ad rectam rei sacræ procuracionem, atque ad animarum salutem magis expediat, nitantur impense conciliare. Ea tamen identidem est temporum conditio, eæ in imperio statuque civitatum vicissitudines, commutationesque, ut inde præpediantur ipsi haud raro, quominus spiritualibus populorum necessitatibus prompte, libereque subveniant. Posset enim ab iis potissimum, qui secundum elementa mundi sapiunt, rapi in invicem auctoritas eorundem, quasi studio partium permoti iudicium quodammodo de personarum juribus ferant, si pluribus de principatu contendentibus quidpiam ipsi pro illarum regionum Ecclesiis, ac præsertim ad earum Episcopos adsciscendos decernant, re cum iis collata, qui actu ibidem summa rerum potiuntur. Infestam hanc, perniciosamque suspicionem omni fere ætate insectati sunt Romani Pontifices; quorum tanti interest, ipsius fallaciam patefieri, quanti stat æterna illorum salus quibus ob id causæ opportuna denegentur, vel saltem diutius, ac par est differantur auxilia.

Huc sane dumtaxat spectavit felicitis recordationis prædecessor noster Clemens V, qui in Generali Viennensi Concilio saluberriima Constitutione cautum edixit, ut *si quem Summus Pontifex sub titulo cujuslibet dignitatis ex certa scientia, verbo, constitutione, vel litteris nominet, honoret, seu quovis alio modo tractet, per hoc in dignitate illa ipsum approbare non intelligatur, aut quidquam ei tribuere novi juris* (1).

Id et luculentissime testatus est Joannes XXII, quando ad Robertum Brusium, qui regem Scotorum agebat, litteras concordie causa se dare scripsit *sub regia intitulatione*, probe gnarus, per eam ex Clementinæ Constitutionis præscripto *nec*

(1) Cap. *Si Summus Pontifex. De sententia excommunicationis* in Clement. Vide apud Labbæum Acta Concilii Viennen. Circa finem.

juri regis Angliæ detrahi, nec ipsi novum aliquod jus acquiri. Quod ne dum binis ad ipsum Robertum litteris denunciavit, sed et epistola officii plena expresse admonuit Eduardum Angliæ regem, cum quo de Scotiæ dominatu contentio illa fervebat, ne scilicet *per hujusmodi intitulationem* censeret quidpiam alterutrius juri vel acrevisse vel esse detractum (1).

Nec absimili consilio Pius II, usus est, quando de Hungarorum principatu inter imperatorem Fridericum, et Mathiam Joannis Huniadis filium dimicabatur. Respondit quippe, illum à se ex more nuncupari regem, qui regnum teneret, quo actu nulli inquit detrimentum se arbitrari illatum (2). Hanc porro agendi rationem, quam ab apostolica Sede vel à priscis temporibus servatam novimus, Constitutione, quam *in perpetuum valituram et irrefragabilem dixit*, ratam habuit Xistus IV, fel. rec. pariter prædecessor noster, atque speciatim confirmavit, ut nimirum *si qui pro regibus, aut in aliqua dignitate constitutis à romanis Pontificibus recepti, nominati, aut tractati fuerint tam per se, quam per Nuntios, aut ipsimet se nominaverint, et ab aliis quibuslibet pro talibus nominati, recepti, vel tractati fuerint, ac si personaliter aut per eorum oratores in Consistoriis, vel aliis quibuslibet actibus collocati, vel admisi etiam coram Pontifice extiterint, nullum ipsis ex similibus actibus in regnis et dignitatibus hujusmodi jus quomodolibet de novo acquiratur, vel aliis jus habentibus præjudicium aliquod inferatur* (3).

Hinc ad prætestitutam hisce Constitutionibus normam superiori sæculo Clemens XI, immortalis memoriæ Pontifex nedum titulo Catholici Regis Serenissimum Austriæ Archiducem Ca-

(1) Extant tres in eam rem Epistolæ Joannis XXII apud Raynaldum ad annum 1320, par. 40, 41, 42.

(2) Apud Raynald. ad. an. 1459, par. 13.

(3) Xistus IV Const. *Hac in perpetuum* Kal. feb. 1475.

rolum nuncupavit, sed et *jurium illi adnexorum usum, quoad ditiones, quas tenebat, seu forsam ipsum de cetero tenere contigisset, minime in posterum se denegaturum monuit*, diserte in Consistorio professus, se prænunciatas Prædecessorum Constitutiones adprobare, et innovare, ut ita jura eorum præsertim, qui de Hispanici Regni successione contendebant, *qualiter salva remanerent* (1).

Verum si hoc fuit semper in more positum, institutoque Apostolicæ Sedis, sub memoratis conditionibus rectæ sacrarum rerum procurationi ubique instare, quin ulla inde pro cognoscendis, decernendisve Dominantium juribus sancita censeretur dispositio; id certe multo magis in tanta rerum publicarum movilitate, atque in crebis ipsarum conversionibus curandum Nobis est, ne humanis ex rationibus deserere quodammodo Ecclesiæ causam videamur.

Quare audita selecta Venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium Congregatione, de Apostolicæ potestatis plenitudine, motu proprio, de matura deliberatione, prædictam Constitutionem felicis recordationis Clementis V. Prædecessoris Nostri, quam occasione non absimilium super aliquo Principatu contentionum ceteri Prædecessores Nostri Joannes XXII, Pius II, Xistus IV et Clemens XI approbarunt et innovarunt exemplis eorundem inducti, iisque prorsus inherentes, similiter approbamus, ac denuo sancimus, declarantes pro futuris quoque temporibus quod si quis à nobis vel à Successoribus Nostris, ad spiritualis Ecclesiarum fideliumque regiminis negotia componenda, titulo cujuslibet dignitatis etiam regalis ex certa scientia, verbo, constitutione, vel litteris, aut legatis quoque hinc inde oratoribus nominetur, honoretur, seu quovis alio modo, actuve, quo talis in eo dignitas facto agnoscat, aut

(1) Ita Oratione consistoriali habita in Consistorio die 14 oct. 1709.

si easdem ob causas cum iis. qui alio quocumque gubernationis genere rei publicæ præsumunt, tractari, aut sanciri aliquid contigerit, nullum ex actibus, ordinationibus, et conventionibus id generis jus iisdem attributum, acquisitum, probatumque sit ac nullum adversus ceterorum jura et privilegia ac patronatus discrimen, jacturæque et immutationis argumentum illatum censi possit ac debeat: quam quidem de jurium partium incolumitate conditionem pro adjecta actibus istiusmodi habendam semper esse edicimus, decernimus, et mandamus, illud iterum Nostro ac Romanorum Pontificum Successorum Nostrorum nomine denunciante, in hujuscemodi temporum, locorum, personarumque circumstantiis ea tantum quæri, quæ Christi sunt, atque unice, veluti susceptorum consiliorum finem, ea ob oculos versari, quæ ad spiritualem æternamque populorum felicitatem facilius conducant.

Decernentes, hasce litteras semper firmas validas et efficaces existere et fore, suosque plenarios et integros effectus sortiri et oblinere, atque ab eis ad quos spectant et pro tempore quodcumque spectabit inviolabiliter observari debere: in contrarium facientibus etiam expressa specifica et individua mentione dignis non obstantibus quibuscumque. Nulli ergo omnino hominum liceat hanc paginam nostræ approbationis, sanctionis, declarationis, denunciacionis, decreti, mandati ac voluntatis infringere vel ei ausu temerario contraire: si quis autem hoc attentare præsumperit, indignationem Omnipotentis Dei ac Beatorum Petri et Pauli Apostolorum ejus se noverit incursum. Datum Romæ apud Sanctam Mariam Majorem Anno Incarnationis Dominicæ millesimo octingentesimo trigesimo primo. Nonis Augusti Pontificatus Nostri anno primo.— Visa de Curia.—B. Car. Pacca Pro-Dat.—TH. Card. Benetus. D. Testa.—Loco ✠ plumbi.—V. Cugnonius.



Inspeccion de los libros Parroquiales por los Jueces municipales

Del Boletin oficial eclesiástico de Santiago tomamos lo siguiente:

INTERESANTE.

Muchos Sres. Párrocos han acudido á S. Ema. Rma. consultando, unos que han de hacer, y otros que han de contestar á los jueces municipales que, con urgencia, les piden señalen día y hora en que puedan inspeccionar los libros parroquiales para dar cumplimiento á una Circular del Sr. Presidente de la Audiencia de este territorio.

Antes de contestar á esta pregunta debemos advertirles: 1.º que S. Ema., ni oficial ni extraoficialmente ha tenido noticia de dicha circular.

2.º Que aunque la Iglesia está siempre dispuesta á prestar á las autoridades civiles su cooperacion para llevar á cabo las medidas de buen gobierno, no puede consentir, sin embargo, que se considere á los párrocos como empleados civiles, ni que se les mande por los jueces municipales como á cualesquiera otros dependientes del Estado.

Y 3.º que cuando los jueces municipales les oficien en el sentido que queda indicado, deben contestar cortesmente que estas peticiones deben hacerse á los ministros de la Iglesia por conducto de la autoridad superior eclesiástica de la Diócesis, y que entonces no tendrán inconveniente en exhibir los libros para que de ellos se tomen las notas que les sean necesarias para dar cumplimiento á la ley civil.

Tal es la contestacion que S. Ema. Rma. me mandó dar á los Sres. Párrocos á fin de que lo tengan presente en este caso y otros análogos que puedan ocurrir.

Santiago 17 de Enero de 1873.—*Lic. Pablo Cuesta, Canónigo-Srio.*

SEMINARIUM CENTRALE SALMANTICENSE.

*Disputatio Theologica VIII Kalendas Februarii an Dñi 1875
habita Mane hora 9 1/2, Vespere hora 5.º*

DE SCIENTIA DEI

1.ª In Deo datur scientia proprie et perfectissime. Itaque, Deus sese intelligit per seipsum et comprehendit.

2.ª Scit omne scibile, etiam secreta cordium et peccata possibile cognoscit formaliter et distincte idque saltem in seipso seu vi comprehensionis propriæ.

3.ª Scit infallibiliter et ab æterno omnia contingentia absolute futura; libera, autem non in decretis præ-aut determinantibus, sed immediate in se ipsis.

4.ª Scit Deus omnia libera conditionate futura; idque non in decretis, sed in seipsis ante omne decretum actuale.

5.ª Unde existit scientia quæ recte appellata fuit *scientia media*.

6.ª Scientia divina visionis de actu nobis libero, non est causa sive directiva, sive effectiva ejusdem effectus.

Defend.—Presb. D. Cæsareus Baztan.

Impugn.—Dr. D. Felix Echezarra.—Presb. D. Angelus Alberdi.—D. Michael Gonzalez.

EX TRACTATU DE FIDE.

1.ª Veritas formaliter contenta in aliqua propositione explicite revelata, est quoad se objectum materiale fidei; ut autem sit etiam quoad nos requiritur ut certitudine excludente prudentem formidinem certum sit eam veritatem in explicite revelato formaliter contineri.

2.^a Veritas virtualiter dumtaxat et mediate in altero explicitate revelato contenta non est objectum materiale fidei.

3.^a Articuli fidei catholicæ sunt evidenter credibiles assensu firmissimo tamquam à Deo revelati, evidentia propria et simpliciter tali, quam quidem servant etiam comparative ad alias sectas considerati.

4.^a Communiter tamen loquendo hi articuli non sunt evidenter veri seu evidentes in attestante, evidentia proprie tali excludente formidinem etiam imprudentem.

5.^a Articulos de Deo ut existente et ut remuneratore, et quidem supernaturali, explicitè credere necessarium est necessitate medii.

6.^a Certum videtur fidem explicitam Christi quoad divinitatem, humanitatem et modum redemptionis non fuisse medium ad salutem in Veteri Testamento. Imo probabilius nequidem in Christum ut mediatorem fuit tunc necessarium credere, quod ut æque saltem probabile defendimus relate ad Novum Testamentum.

Defend.—Presb. D. Benjamin Barleto.

Impugn.—Presb. D. Emmanuel Royo.—D. Josephus Saenz.
—D. Raimundus Embil.

Presupuesto de Obligaciones eclesiásticas.

El ilustrado D. Pio de la Sota y Lastra, autor de obras tan notables como las siguientes:—*Historia de los Concilios generales*—*Días festivos de la Iglesia de Jesucristo*—*Observaciones al Concordato de 1851*—y otras, que le han granjeado honra y prez, ha publicado en la imprenta de la viuda de Aguado é

Hijo, un interesante opúsculo que titula *Consideraciones generales sobre el presupuesto de obligaciones eclesiásticas*.

Dirigido este opúsculo al pueblo español se demuestra en él que la suma de pesetas á que debe llegar el presupuesto de *Obligaciones eclesiásticas* en España, ó sea la designacion de la cantidad que ha de destinarse anualmente á mantener el Culto y el Clero católicos, es una cuestion que cada dia se hace más árdua é irresoluble, no por los inconvenientes y dificultades que ella en sí misma presenta, sino porque los hombres *exclusivamente políticos* se empeñan en tratarla y decidirla bajo un solo punto de vista, sin consultar precedentes históricos y estadísticos, y desatendiendo las más triviales nociones del derecho.

Persuadido de esta verdad el Sr. D. Pio de la Sota y Lastra dilucida en su interesante opúsculo, y trata en él con el mayor acierto de los bienes eclesiásticos, de los diezmos, primicias y otras prestaciones eclesiásticas, de la dotacion del Culto y Clero desde 1837 á 1851, del presupuesto de obligaciones eclesiásticas desde 1851 á 1868, y desde este año al presente que va á concluir. Contiene además, en un apéndice, estados, noticias, cálculos y artículos sobre este mismo asunto, comprendiéndolo todo en 438 páginas en 8.º Recomendamos á nuestros lectores la adquisicion de tan precioso opúsculo, que pueden procurarle en Madrid, Pontejos, 8.

VARIEDADES.

UN CONSEJO.

«Hé aquí un consejo de Cervantes dado por boca de D. Quijote: «Los hijos, señor, son pedazos de las entrañas de sus padres, y así se han de querer, ó buenos ó malos que sean, co-

«mo se quieren las almas que nos dan vida: á los padres toca
«encaminarlos desde pequeños por los pasos de la virtud, de la
«buena crianza y de las buenas y cristianas costumbres, para
«que cuando grandes sean báculo de la vejez de sus padres y
«gloria de su posterioridad; y en lo de forzarles que estudien
«esta ó aquella ciencia, no lo tengo por acertado, aunque el per-
«suadirles no será dañoso: y cuando no se ha de estudiar para
«*pane lucrando*, siendo tan venturoso el estudiante que le dió
«el cielo padres que se lo dejen, seria yo de parecer que le de-
«jen seguir aquella ciencia á que mas le vieren inclinado.»

«Entonces no se estilaba todavía estudiar las ciencias, ó me-
jor, seguir las carreras al vapor como en estos felices tiempos de
la libre ignorancia, pues como se lee en el mismo capítulo aun
había estudiantes que pasaban nada menos que seis años en Sa-
lamanca aprendiendo la lengua latina y griega. ¡Válame Dios,
qué oscurantismo! Y esto que segun confesion del caballero del
verde gaban, los que tal hacian y tan embebidos iban en pos del
saber clásico eran mozos que alcanzaban la edad de diez y
ocho años. Si el buen manco de Lepanto hubiese vivido en nues-
tros enciclopédicos dias en que un niño de balbuciente lengua
se traga con facilidad pasmosa, aunque lo digiera mal, por la
mañana el romance, por la tarde el latin y al anochecer todas las
lenguas de la torre de Babel; que se levanta con las matemáticas,
se desayuna con la historia, almuerza con la retórica, come con la
filosofía, merienda con las ciencias naturales, cena con las exac-
tas y se acuesta con una ligera tintura de todo, soñando en ser
mas sábio apenas le apunta el bozo que los siete juntos de Gre-
cia, á los padres que tal consienten y que no satisfechos con
consentirlo aun lo exigen, ¡qué de consejos y de advertencias no
les dirigiera por boca de su sábio loco! Bien es verdad que si
entonces había escritores que con sus oscuras humanidades pro-
ducian obras inmortales que asombraban al mundo y eran la

mas pura gloria de su patria, hoy abundan los escribidores que con su enciclopedia acuestas avergüenzan al suelo que los vió nacer á la faz de todas las naciones, y nos sumen á todos en la afliccion y la ruina.

Boletín del colegio de Valdemia.

Donativos al Santo Padre que por conducto de nuestro Excelentísimo é Ilmo. Prelado le serán remitidos para el dia vigésimo sétimo aniversario de su exaltacion al Trono Pontificio.

	<u>Reales Cénts.</u>
El Excmo. é Ilmo. Sr. Obispo de esta Diócesis y Administrador Apostólico de la de Ciudad-Rodrigo.	1000
Existencia que quedó para remitir en la cuenta anterior.	178
El Párroco y feligreses de Mogarraz.	381
El Cura Ecónomo de las Uces.	40
El Cura Párroco de Sto. Tomás Apostol de esta Ciudad.	80
D. C. M. G.	16
El Párroco de Aldeadávila.	40
El Coadjutor de id.	40
El Párroco de Carrascal del Obispo.	40
El Ecónomo de la Catedral.	50
La Testamentaria de D. Sebastian Revesado.	268
El Párroco de Villoria.	100
El de Aldearrodrigo.	20
El de S. Pelayo.	20
El del Cubo de D. Sancho.	240
El de Huero de Huebra.	12

Una feligresa del mismo.	4
El Párroco de Castraz.	20
El de Doñinos de Ledesma.	20
D. Joaquin Ruiz Cortegana, Canónigo de Ciudad- Rodrigo.	112
D. Antonio Bastida, Beneficiado de id.	100
D. Alejo Calama, id.	40
D. José Rubla, id.	72
D. ^a Maria del Hierro y Carabias.	80
D. José Rodero Morante y varias Señoras de Ciudad-Rodrigo.	100
El Párroco de Arabayona de Mógica.	100
El de Calbarrasa de Abajo.	30
Un feligres de S. Morales.	12
D. Andrés Tellez de Meneses.	64
D. Joaquin Garcia, Párroco de Añoover de Tórmes	14
El Párroco de Juzbado y sus feligreses.	40

(Se continuará.)

ANUNCIOS.

La Enseñanza Católica.

(órgano de la asociación del mismo nombre).

Revista ilustrada dedicada á los Sres. Profesores, estudiantes y padres de familia católicos. Dirigida por D. Francisco de Asis Aguilar, Presbítero, con la colaboración de varios Profesores y literatos católicos.

Los precios de suscripción son, para la península 10 rs. trimestre, 20 semestre, 40 rs. al año. Los recibos de 20 rs. se-

rán admitidos por la cuarta parte de su valor, y los de 40 por su tercera parte, en el pago de insercion de anuncios y en la compra de los libros que se anunciarán oportunamente.

Administracion: calle de Carretas, 31, librería de Sanchez Rubio, Madrid.

SERMONES PARA TODOS LOS DOMINGOS DE CUARES-
MA publicados por el Dr. D. Fernando Sanchez y Rivera, Ca-
nónigo de Cuenca. Estos discursos pueden mandarse á la me-
moria con mucha facilidad por dos razones: 1.^a por su poca ex-
tension: 2.^a porque siguiéndose en ellos el mismo orden del
Evangelio de cada Dominica, basta saber el texto evangélico
para acordarse del orden de su exposicion.—Se hallan todos
en un tomito que cuesta *dos reales*.—Para obtenerlos, se piden
al autor, residente en Cuenca: no es necesaria una carta for-
mal: basta incluir en un sobre, con el valor del pedido, en se-
llos de franqueo ó en libranzas, una papeleta segun el modelo
siguiente:

Del tomito de los sermones de cuaresma

uno ó tantos ejemplares al Sr. D. N. de N.

PROVINCIA DE N. PUEBLO DE N.

SALAMANCA: IMP. DE OLIVA.